Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cupientes mortis. Quotquot enim tangebant, ab omni
languore salvi fiebant. Vincti itaque manus et voces
tulerunt ad sidera, glorificantes dominum qui facit mirabilia. Vix
tandem corpus cum multo labore per multitudinem ad ecclesiam
est perlatum. Quod vii diebus hymnis et laudibus mansit in
humatum. Nam undique turbe populorum confluebant, sanctum
corpus contingere cupiebant, de quo mira fragrantia suavis
simi odoris hauriebant, et depulsa adversa valitudine
omnes de percepta sanitate gaudebant. Demum cum magnifi
co honore carnis materia terre mandatur, anima exultans
in celis omnibus se invocantibus opitulatur. Hic karissimi cum
omnibus sanctis petamus ut convive dei esse valeamus, atque cum
ira eius in brevi super nos exarserit, quo in furore suo
omnes impios conturbabit, nos dominus salvos excipiat, et super nos plenam suam
domini benedictio veniat. Quam oculus **Dominica.**

PRECEPTOR per. Cap. lxxvi.

Per totam noctem laborantes nichil cepimus, in
verbo autem tuo laxabo rete. Sanctus itaque Petrus per to
tam noctem in piscatione laborans nichil cepit, in verbo
autem domini laxans rete multitudinem piscium conclusit.
Ita nos cum viciis et peccatis intenebratis predicamus, quasi
in nocte frustra laboramus. Et ideo nichil capimus,
sed verba incassum fundimus, quia nondum sermo dei in